Digitized by Google

2-52

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CANON
MISSAE
PONTIFICALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

CANON
MISSAE
AD USUM
EPISCOPORUM AC PRÆLATORUM
Solemniter, vel privatè celebrantium.

SUB AUSPICIIS SS. DOMINI NOSTRI
BENEDICTI
DECIMI TERTII
PONT. MAX.



ROMAE,
EX TYPOGRAPHIA VATICANA.
APUD JO: MARIAM SALVIONI.
M. DCC XXIX.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆPARATIO
AD MISSAM
PONTIFICALEM.

Antiphona.

NE reminiſcaris Dñe delicta noſtra, vel parentum noſtrorũ: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Quæ Antiphona in feſtis duplicibus tantùm duplicatur, & tempore Paſchali additur in fine, Alleluja.

Digitized by Google

Deinde dicuntur ſequentes Pſalmi.

Pſalmus lxxxiii.

QUàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea, exultaverunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invenit ſibi domum: & turtur nidū ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altaria tua Dn̄e virtutum: Rex meus & Deus meus

Beati, qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabūt te.

Beatus vir, cujus eſt auxiliū abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lacrymarum in loco, quem poſuit.

Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorū in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.

Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.

Quia melior eſt dies una in atriis tuis: ſuper millia.

Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia miſericordiã, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in iñocentia: Dñe virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

Gloria Patri.

Pſalmus lxxxiv.

BEnedixiſti Dñe terram tuam: avertiſti captivitatem Jacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnem iram tuam: avertiſti ab ira indignationis tuæ.

Converte nos Deus ſalutaris noſter: & averte iram tuam à nobis.

Numquid in æternum iraſcêris nobis: aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu converſus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis Domine miſericordiã tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Audiã quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacẽ in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos, qui cõvertuntur ad cor.

Verũtamen prope timentes eum ſalutare ipſius: ut inhabitet gloria in terra noſtra.

Miſericordia, & veritas obviaverũt ſibi: juſtitia, & pax oſculatæ ſunt.

Veritas de terra orta eſt: & juſtitia de cœlo proſpexit.

Etenim Dominus dabit benignitatẽ: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtitia ante eũ ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.

Gloria Patri &c.

Pſalmus lxxxv.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniã inops, & pauper sũ ego.

Cuſtodi animã meam, quoniam ſanctus ſum: ſalvũ fac ſervum tuum Deus meus, ſperantem in te.

Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die: lætifica animã ſervi tui, quoniam ad te Domine animam

meam levavi.
Quoniam tu Domine ſuavis, & mitis: & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te.
Auribus percipe Domine orationē meam: & intende voci deprecationis meæ.
In die tribulationis meæ clamavi ad te: quia exaudiſti me.
Non eſt ſimilis tui in diis Domine: & non eſt ſecundùm opera tua.
Omnes Gētes quaſcumque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.
Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum.
Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.
Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.
Deus, iniqui inſur-

rexerunt ſuper me, & ſynagoga potentiũ quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.

Et tu Domine Deus miſerator, & miſericors: patiens, & multæ miſericordiæ, & verax.

Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo: & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.

Gloria Patri.

Pſalmus CXV.

Credidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicẽ ſalutaris accipiam: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.

O Dñe quia ego ſervus tuus: ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus: in atriis domus Domini, in medio tui Jeruſalem.

Gloria Patri &c.

Pſalmus cxxix.

De profundis clamavi ad te Domine: Domine exaudi vocem meã.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Dñe: Dñe quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus: ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctẽ: ſperet Iſraël in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia: & copioſa apud eũ redemptio.

Et ipſe redimet Iſraël: ex omnibus

iniquitatibus ejus.
Gloria Patri.

Deinde repetitur Antiphona.

NE reminiſcaris Domine delicta noſtra, vel parentum noſtrorum: neque vindictam ſumas de peccatis noſtris.

Finitis Pſalmis, & Antiphona prædictis, & caligis cum ſandaliis ſibi indutis, ſurgit Pontifex; & detecto capite, ſtans verſus ad Altare dicit.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Ego dixi, Domine miſerere mei.
℟. Sana animã meam, quia peccavi tibi.
℣. Convertere Domine aliquantulũ.
℟. Et deprecare ſuper ſervos tuos.
℣. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos.
℟. Quemadmodum ſperavimus in te.
℣. Sacerdotes tui induãtur juſtitiam.
℟. Et ſancti tui exultent.
℣. Ab occultis meis munda me Dñe.
℟. Et ab alienis parce ſervo tuo.
℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

AUres tuæ pietatis, mitiſſime Deus, inclina precibus noſtris, & gratia ſancti Spiritus illumina cor noſtrum: ut tuis myſteriis dignè miniſtrare, teque æterna charitate diligere mereamur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum purifica per infuſionẽ ſancti Spiritus cogitationes cordis noſtri, ut te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

URe igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: ut tibi caſto corpore ſerviamus, & mundo corde placeamus.

MEntes noſtras quæſumus Dñe Paraclitus, qui à te procedit, illuminet: & inducat in omnẽ, ſicut tuus promiſit filius veritatem.

ADſit nobis, quæſumus Dñe, virtus Spiritus ſancti: quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab omnibus tueatur adverſis.

DEus, qui corda fidelium ſancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere.

COnſciẽtias noſtras, quæſumus Dñe, viſitando purifica; ut veniens Dominus noſter Jeſus Chriſtus filius tuus, paratam ſibi in nobis inveniat mãſionẽ. Qui tecũ vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Ad Caligas.

CAlcea, Domine, pedes meos in præparationem Euangelii pacis, & protege me in velamento alarũ tuarũ.

Cùm exuitur Cappâ.

EXue me, Dñe, veterem hominem cum moribus, & actibus ſuis: & indue me novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus

eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.

Cùm manus lavat.

DA, Dñe, virtutem manibus meis ad abſtergendam omnem maculam immundam: ut ſinè pollutione mentis, & corporis valeam tibi ſervire.

Ad Amictum.

IMpone, Dñe, galeam ſalutis in capite meo, ad expurgandas omnes diabolicas fraudes: inimicorum omniũ verſutias ſuperãdo.

Ad Albam.

DEalba me, Domine, & à delicto meo munda me, ut cum his qui ſtolas ſuas dealbaverunt in ſanguine agni, gaudiis perfruar ſempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me, Dñe, cingulo fidei, & virtute caſtitatis lumbos meos, & extingue in eis humorem libidinis: ut jugiter maneat in me vigor totius caſtitatis.

Cùm accipit Crucem pectoralem.

MUnire digneris me, Domine Jeſu Chriſte, ab omnibus inſidiis inimicorum omnium ſigno ſanctiſ-

ſimæ Crucis tuæ: ac cõcedere digneris mihi indigno ſervo tuo, ut ſicut hanç Crucem ſanctorum tuorum reliquiis refertam ante pectus meum teneo, ſic ſemper mẽte retineam & memoriam paſſionis, & Sanctorum victorias Martyrum.

Ad Stolam.

REdde mihi, Dñe, obſecro, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedere præſumo ad tuũ ſacrum myſterium, cum hoc ornamento, pręſta, ut in eodem in perpetuum merear lætari.

Ad Tunicellam.

TUnica jucunditatis, & indumento lætitiæ induat me Dominus.

Ad Dalmaticam.

INdue me, Domine, indumento ſalutis, & veſtimento lætitiæ: & dalmatica juſtitiæ circumda me ſemper.

Ad Chirothecas.

CIrcumda, Domine, manus meas munditia novi hominis, qui de cœlo deſcendit: ut

quemadmodum Jacob dilectus tuus pelliculis hædorũ opertis manibus paternam benedictionem oblato patri cibo, potuque gratisſimo, impetravit: ſic, & oblata per manus noſtras ſalutari hoſtia, gratiæ tuæ benedictionem merear. Per Dñm noſtrũ Jeſum Chriſtũ Filium tuũ, qui in ſimilitudinẽ carnis peccati pro nobis obtulit ſemetipſum.

Ad Planetam.

Domine, qui dixiſti: Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve: præſta, ut illud portare ſic valeã, quòd poſſim conſequi tuam gratiam.

Ad Mitram.

Mitram, Domine, & ſalutis galeam impone capiti meo: ut contra antiqui hoſtis, omniumque inimicorum meorum inſidias inoffenſus evadam.

Ad Annulum.

Cordis, & corporis mei, Domine, digitos virtute decora, & ſeptiformis Spiritus ſanctificatione circumda.

Ad Manipulum.

MErear, precor Dñe, manipulum portare mente flebili: ut cum exultatione portionem accipiam cum juſtis.

QUANDO PONTIFEX Celebrat privatè, dicat ſequentes Orationes.

Cùm exuitur Cappâ.

EXue me, Dñe, veterem hominem cum moribus, & actibus ſuis: & indue me novum hominem; qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitia, & ſanctitate veritatis.

Cùm manus lavat.

DA, Dñe, virtutem manibus meis ad abſtergendam omnem maculam immundam: ut ſinè pollutione mentis, & corporis valeam tibi ſervire.

Ad Amictum.

IMpone, Domine, capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.

Ad Albam.

DEalba me, Domine, & munda cor meum: ut in

ſanguine agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me, Dñe, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continentiæ, & caſtitatis.

Ad Crucem.

MUnere digneris me, Domine Jeſu Chriſte, ab omnibus inſidiis inimicorum omnium ſigno ſanctiſſimæ Crucis tuæ: ac cōcedere digneris mihi indigno ſervo tuo, ut ſicut hanc Crucem ſanctorum tuorum reliquiis refertam ante pectus meum teneo, ſic ſemper mēte retineam & memoriam paſſionis, & ſanctorum victorias Martyrum.

Ad Stolam.

REdde mihi, Domine, ſtolam immortalitatis, quam perdidi in prævaricatione primi parentis: & quamvis indignus accedo ad tuum ſacrum myſterium, merear tamen gaudiū ſempiternum.

Ad Planetam.

DOmine, qui dixiſti : Jugum meum ſuave eſt, & onus meum leve: præſta, ut illud portare ſic valeã, quòd poſſim conſequi tuam gratiam.

Ad Manipulum.

MErear, precor Dñe, manipulum portare mente flebili: ut cum exultatione portionem accipiam cum juſtis.

ORATIONES Dicendæ cùm induitur ſimplex Sacerdos.

Cùm manus lavat, dicat.

DA, Dñe, virtutem manibus meis ad abſtergendam omnem maculam: ut ſinè pollutione mentis, & corporis valeam tibi ſervire.

Ad Amictum, dum ponitur ſuper caput, dicat.

IMpone, Domine, capiti meo galeam ſalutis, ad expugnandos diabolicos incurſus.

Ad Albam.

DEalba me, Domine, & munda cor meum: ut in ſanguine agni dealbatus, gaudiis perfruar ſempiternis.

Ad Cingulum.

PRæcinge me, Dñe, cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me virtus continẽtiæ, & caſtitatis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio ſiniſtro.

MErear, Dñe, portare manipulũ fletus & doloris: ut cum exultatione recipiam mercedem laboris.

Ad Stolam, dum imponitur collo.

REdde mihi, Dñe, ſtolam immortalitatis, quã perdidi in prævaricatione primi parentis: & quãvis indignus accedo ad tuũ ſacrum myſteriũ, merear tamen gaudiũ ſẽpiternũ.

Ad Caſulam, cum aſſumitur.

DOmine, qui dixiſti: Jugum meum ſuave eſt, & onus meũ leve: fac ut iſtud portare ſic valeã, quòd conſequar tuã gratiã. Am.

ORATIONES
Pro opportunitate Sacerdotis ante celebrationem, & communionem dicendæ.

Pater cœleſtis, Clementiſſime Domine, pater miſericordiarum: Suſcipe hodie per manus ſervi tui hoc ſacroſanctũ ſacrificium, verũ corpus, & ſanguinem unigeniti filii tui, Dñi noſtri Jeſu Chriſti, in ſatisfactionem & remiſſionẽ omniũ peccatorũ meorũ, in ſalutem & fortitudinem animæ meæ, & totius domus meæ, & omniũ illorum, quibus aliqua obligatione teneor: & omnium Dominorum, Prælatorum, Prædicatorum, Sacerdotũ, & Religioſorũ Catholicæ fidei, ut eis gratiã Spiritus ſancti impertiri digneris ad ſalutẽ animarum ſuarũ, & regimen totius populi Chriſtiani, & omniũ peccatorũ hujus mundi, ut eos convertas, & ducas ad viam ſalutis: in cõſolationem omnium tribulatorum,

ut eis adjutoriũ, & veram patientiã tribuas: in refrigeriũ & liberationẽ omnium animarũ exiſtentiũ in Purgatorio, & maximè illarum, quæ auxiliũ à me jure expectant: & ad illuminationẽ, & converſionẽ omnium Gentium infidelium, & hæreticorum, & ſchiſmaticorum, ut cognoſcant, & ament te ſummam veritatẽ, Patrẽ omnipotentem, qui cum Filio, & Spiritu ſancto es laudabilis Deus, benedictus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Alia Oratio ante Miſſam.

Deus, qui de indignis dignos facis, & de peccatoribus juſtos, & de immũdis mundos: munda cor, & corpus meum ab omni cõtagione, & ſorde peccati, & fac me dignum, atque ſtrenuum ſanctis altaribus tuis miniſtrum: concede propitius, ut in hoc altari, ad quod indignus accedo, hoſtias acceptabiles, atque placabiles offeram pietati tuæ pro peccatis, & offenſionibus, innumeriſque

& quotidianis exceſſibus meis, atque cũctorũ ſimul Chriſtianorum culpis abluendis, & per eum ſit tibi votum meum acceptabile, qui ſe tibi Deo Patri pro nobis obtulit ſacrificium. Qui tecum vivit, & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

ORATIO
S. Ambroſii Epiſc.
Die Dominica.

SUmme ſacerdos, & vere Pontifex JESU Chriſte, qui te obtuliſti Deo Patri hoſtiam puram, & immaculatam in ara Crucis pro nobis miſeris peccatoribus, & qui dediſti nobis carnẽ tuã ad manducandũ, & ſanguinem tuũ ad bibendum, & poſuiſti myſterium iſtud in virtute Spiritus ſancti tui, dicens: Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriã facietis: Rogo per eundem ſanguinem tuum, magnum ſalutis noſtræ pretium: rogo per hanc miram, & ineffabilem charitatem, qua nos miſeros, & indignos

ſic amare dignatus es, ut lavares nos à peccatis noſtris in ſanguine tuo: Doce me ſervum tuũ indignũ, quẽ inter cætera dona tua etiam ad officium ſacerdotale vocare dignatus es, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ: doce me, quæſo, per Spiritum ſanctum tuum, tantum tractare myſterium ea reverentia & honore, ea devotione, & timore, quibus oportet & decet. Fac me per gratiam tuam ſemper illud de tanto myſterio credere & intelligere, ſentire & firmiter tenere, dicere & cogitare quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Intret ſpiritus tuus bonus in cor meũ, qui ſonet ibi ſinè ſono, & ſinè ſtrepitu verborũ loquatur omnem veritatẽ. Profunda quippe ſunt nimis, & ſacro tecta velamine. Propter magnã clemẽtiã tuã concede mihi Miſſarũ ſolemnia mundo corde, & pura mente celebrare. Libera cor meum ab immundis & ne-

fandis, vanis & noxiis cogitationibus; muni me beatorũ Angelorum piâ, & fidâ cuſtodiâ, ac tutela fortiſſimâ, ut hoſtes omnium bonorũ confuſi diſcedant. Per virtutem tanti myſterii, & per manum ſancti Angeli tui repelle à me, & à cunctis ſervis tuis duriſſimum ſpiritum ſuperbiæ, & cœnodoxiæ, invidiæ, & blaſphemiæ, fornicationis, & immunditiæ, dubietatis & diffidentiæ. Confundãtur, qui nos perſequuntur: pereant illi, qui nos perdere feſtinant.

Feria ſecunda.

REx virginum, & amator caſtitatis & integritatis, cœleſti rore benedictionis tuæ extingue in corpore meo fomitẽ ardentis libidinis: ut maneat in me tenor caſtitatis corporis & animæ. Mortifica in mẽbris meis carnis ſtimulos, omneſque libidinoſas cõmotiones, & da mihi veram & perpetuam caſtitatem cum cæteris donis tuis, quæ tibi placent in veritate: ut

ſacrificiũ laudis caſto corpore, & mũdo corde valeam tibi offerre. Quanta enim cordis contritione, & lacrymarũ fonte, quanta reverẽtia & tremore, quanta corporis caſtitate, & animæ puritate iſtud divinum & cœleſte ſacrificium eſt celebrandum, ubi caro tua in veritate ſumitur, ubi ſanguis tuus in veritate bibitur, ubi ima ſummis, terrena divinis jungũtur, ubi adeſt ſanctorum Angelorum præſentia, ubi tu es ſacrificium & ſacerdos mirabiliter, & ineffabiliter conſtitutus?

Feria tertia.

QUis dignè hoc celebrare poterit, niſi tu Deus omnipotẽs offerẽtem feceris dignũ? Scio Dñe, & verè ſcio, & idipſum pietati tuæ confiteor, quia non ſũ dignus accedere ad tantũ myſterium propter nimia peccata mea, & infinitas negligẽtias meas. Sed ſcio, & veraciter ex toto corde meo credo, & ore confiteor, quia tu potes me facere dignum, qui

ſolus potes facere mundū de immundo conceptū ſemine, & de peccatoribus juſtos & ſanctos. Per hanc omnipotentiā tuam te rogo, Deus meus, ut concedas mihi peccatori hoc ſacrificium celebrare cum timore, & tremore, cum cordis puritate, & lacrymarū fonte, cū lætitia ſpiritali, & cœleſti gaudio. Sentiat mens mea dulcedinē beatiſſimæ præſentiæ tuæ, & excubias ſanctorū Angelorum tuorum in circuito meo.

Feria quarta.

EGo enim, Domine, memor venerandæ paſſionis tuæ accedo ad altare tuum, licèt peccator, ut offeram tibi ſacrificiū, quod tu inſtituiſti, & offerri præcepiſti in commemorationem tui, pro ſalute noſtra. Suſcipe illud, quæſo, ſūme Deus, pro Eccleſia ſancta tua, & pro populo quem acquiſiſti ſanguine tuo. Et quoniā me peccatorem inter te, & eumdem populum tuum medium eſſe voluiſti,

licèt in me aliquod boni operis teſtimonium non agnoſcas, officium ſaltèm diſpenſationis creditæ non recuſes; nec per me indignum, eorum ſalutis pereat pretiũ, pro quibus victima ſalutaris dignatus es eſſe redemptio. Profero etiam Dñe (ſi digneris propitius intueri) tribulationes plebium, pericula populorũ, captivorum gemitus, miſerias orphanorum, neceſſitates peregrinorum, inopiam debilium, deſperationes languentium, defectus ſenum, ſuſpiria juvenum, vota virginum lamenta viduarum.

Feria quinta.

Tu enim miſereris omnium Dñe: & nihil odiſti eorum quæ feciſti. Memorare quæ ſit noſtra ſubſtantia: quia tu Pater noſter es, quia tu Deus noſter es: ne iraſcaris ſatis, neque multitudinem viſcerũ tuorum ſuper nos contineas. Non enim in juſtificationibus noſtris proſternimus preces ante faciem tuam,

ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer à nobis iniquitates noſtras: & ignẽ ſãcti Spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne noſtra: & da nobis cor carneum, quod te amet, te diligat, te delectetur, te ſequatur, te perfruatur. Oramus, Domine, clementiam tuã, ut ſereno vultu familiã tuam, ſacri tui nominis officia præſtolantem, aſpicere digneris: & ut nullius ſit irritum votum, nullius vacua poſtulatio, tu nobis preces ſuggere, quas ipſe propitius audire, & exaudire delecteris.

Feria ſexta.

Rogamus etiã te, Dñe ſancte Pater, & pro ſpiritibus fidelium defunctorum: ut ſit illis ſalus, ſanitas, gaudium, & refrigeriũ, hoc magnum pietatis ſacramentum. Dñe Deus meus, ſit illis hodie magnum & plenũ conviviũ de te pane vivo, qui de cœlo deſcẽdiſti, & das vitam mundo, de tua carne ſancta & benedicta, Agni videlicet

immaculati, qui tollis peccata mundi, quæ de ſancto & glorioſo beatæ Virginis Mariæ utero eſt aſſumpta, & de Spiritu ſancto concepta; ac de illo pietatis fonte, qui per lanceam militis ex tuo ſacratiſſimo latere emanavit: ut exinde refecti & ſatiati, refrigerati & conſolati exultent in laude & gloria tua. Peto clementiam tuam, Dñe, ut deſcẽdat ſuper panem tibi ſacrificandum plenitudo tuæ benedictionis, & ſanctificatio tuæ divinitatis. Deſcendat etiam Dñe illa ſancti Spiritus tui inviſibilis incõprehenſibiliſque majeſtas, ſicut quondam in patrum hoſtias deſcendebat, qui & oblationes noſtras, corpus & ſanguinem tuum efficiat, & me indignum ſacerdotem doceat tantum tractare myſterium cũ cordis puritate, & lacrymarum devotione, cum reverẽtia, & tremore, ita ut placidè, ac benignè ſuſcipias ſacrificium de manibus meis ad ſalutem om-

niũ tam vivorum, quàm defunctorũ.

Sabbato.

ROgo etiam te, Dñe, per ipsũ ſacroſanctum myſterium corporis, & ſanguinis tui, quo quotidie in Eccleſia tua paſcimur, & potamur, abluimur & ſanctificamur, atque unius ſummæ divinitatis participes efficimur, da mihi virtutes tuas ſanctas, quibus repletus, bona conſcientia ad altare tuum accedam, ita ut hæc cœleſtia ſacramenta efficiantur mihi ſalus, & vita. Tu enim dixiſti ore tuo ſancto & benedicto : Panis, quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Panis dulciſſime, ſana palatum cordis mei, ut ſentiam ſuavitatem amoris tui. Sana illud ab omni lãguore, ut nullã præter te ſentiam dulcedinẽ. Panis candidiſſime, habens omne delectamentum, & omnem ſaporẽ, qui nos ſem-

per reficis, & numquã in te deficis: comedat te cor meũ, & dulcedine ſaporis tui repleãtur viſcera animæ meæ. Manducat te Angelus ore pleno: manducet te peregrinus homo pro modulo ſuo, ne deficere poſſit in via, tali recreatus viatico. Panis ſancte, panis vive, panis mũde, qui deſcendiſti de cœlo, & das vitam mundo, veni in cor meũ, & munda me ab omni inquinamẽto carnis, & ſpiritus. Intra in animam meam, ſana & munda me interiùs & exteriùs. Eſto tutamen, & continua ſalus animæ & corporis mei. Repelle à me inſidiãtes mihi hoſtes: recedant procul à præſentia potẽtiæ tuæ, ut forìs & intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniã: ubi non in myſteriis, ſicut in hoc tẽpore agitur, ſed facie ad faciem te videbimus cum tradideris regnum Deo & Patri, & erit Deus omnia in omnibus. Tunc enim me de te ſatiabis ſatietate

mirifica, ita ut nec eſuriam, nec ſitiam in æternum. Qui cum eodẽ Deo Patre, & Spiritu ſancto, vivis & regnas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

PROTESTATIO FACIENDA
Ante Miſſam.

EGo volo celebrare Miſſam, & cõficere corpus, & ſanguinem Dñi Noſtri Jeſu Chriſti, juxta ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, ad laudem omnipotẽtis Dei, totiuſque Curiæ triumphantis, ad utilitatẽ meã, totiuſq; Curiæ militantis; pro omnibus, qui ſe cõmendaverunt orationibus meis in genere, & in ſpecie, & pro fœlici ſtatu Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. Amen.

GAudium cum pace, emendationem vitæ, ſpatium veræ pœnitentiæ, gratiam, & cõſolationem ſancti Spiritus, perſeverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dñus. Amen.

IN MISSARUM
CELEBRATIONE
Memoria hujuſmodi habeatur.

Memento vivorum.

1 Mei, parentum, fratrum, ſororum, conſanguineorum, & amicorum meorum.

2 Omnium, quibus fui gravamen, ſcandalum, & occaſio peccandi.

3 Omnium benefactorum meorum in ſpiritualibus, & temporalibus.

4 Omnium mihi commiſſorum in genere, & in ſpecie.

5 Omnium Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.

6 Omnium inimicorum meorum ad dimiſſionem.

7 Omnium hæreticorum, & infidelium ad converſionem.

8 Omnium, pro quibus vis, & ſcis me debere orare.

Memento Mortuorum.

1 Animarum parentum, fratrum, ſororum, conſanguineorum, & amicorum meorum.

2 Animarum, quæ occaſione mei purgantur in purgatorio.

3 Animarum omnium benefactorum meorum in ſpiritualibus, & temporalibus.

4 Animarum omnium mihi commiſſarum in genere, & in ſpecie.

5 Animarum omnium Sacerdotum, & Miniſtrorum Eccleſiæ Dei Catholicæ.

6 Animarum morte improviſa corporibus exutarum.

7 Animarum, quarum non eſt ſpecialis memoria.

8 Animarum miſerrimè exiſtentium in Purgatorio, & omnium, pro quibus vis, & ſcis me debere orare.



Hannibal Caraccius inven. *Romæ Typis Io. Mariæ Salvioni* *Aloysius Gomier sculp.*

FACTA CONFESSIONE

Sacerdos cùm vult aſcendere ad Altare, extendens, & jungens manus, clara voce dicit Oremus. deinde ſecretò.

AUfer à nobis, quæſumus Dñe, iniquitates noſtras, ut ad ſancta ſanctorum puris mereamur mentibus introire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Poſtquam aſcenderit Altare, ſtans in medio inclinatus, & manibus junctis ſuper Altare, ſecretè dicit.

ORamus te Dñe per merita ſanctorum tuorum, quorum reliquiæ hîc ſunt, & omnium ſanctorum: ut indulgere digneris omnia peccata mea. Amen.

Oſculatur Altare, dicens:

Proſequitur Miſſam, ut in Ordinario, dicto Kyrie eleiſon &c. elevans, & jungens manus, caputque aliquantulum inclinans, dicit, ſi dicendum eſt, Gloria in excelſis &c.

In Duplicibus, & ſolemnibus diebus:



Glo ria in excelſis



Deo.

In Miſſis Beatæ MARIÆ Virginis.



Gl o r i a in excel-



ſis Deo.

Et in terra pax hominibus bonæ volũtatis. Laudamus te. Benedicimus te. *Caput inclinat, dicens:* Adoramus te: Glorificamus te: *Caput inclinat, dicens.* Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuã. Domine Deus, Rex cœleſtis, Deus pater omnipotens. Domine fili unigenite *Caput inclinat.* Jeſu Chriſte. Domine Deus, agnus Dei, filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miſerere nobis. Qui tollis peccata mundi, *Caput inclinat.* ſuſcipe deprecationem noſtram. Qui ſedes ad dexteram Patris: miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus.

Tu ſolus Dominus. Tu ſolus altiſſimus. *Caput inclinat:* Jeſu Chriſte. Cum ſancto Spiritu, *Signat ſe ſigno Crucis, dicens.* in gloria Dei Patris. Amen.

Lecturus Euangelium, inclinatus in medio Altaris, junctis manibus ſecretè dicit:

Munda cor meum, ac labia mea omnipotens Deus: qui labia Iſaiæ prophetæ calculo mūdaſti ignito: ita me tua grata miſeratione dignare mundare: ut ſanctum Euangelium tuum dignè valeā nunciare. Per Chriſtum Dñm noſtrū. Amen.

Jube domine benedicere.

Dominus ſit in corde meo, & in labiis meis: ut dignè & cōpetenter annunciem Euangelium ſuum. Amen.

Lecto Euangelio illud oſculatur (præterquam in Miſſis Defunctorum) ſecretè dicens:

Per euangelica dicta deleātur noſtra delicta.

Deinde ſtans in medio altaris, elevans, & jungens manus, caputque inclinans, dicit, ſi eſt dicendum:



Credo in unum



Deum.

Patrem omnipotē-tem, factorem cœli, & terræ: viſibilium omnium, & inviſibilium. Et in unum Dñm Caput inclinat. Jeſum Chriſtum, filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verũ de Deo vero. Genitum, non factum, conſubſtantialẽ Patri: per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Genuflectit dicens. Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt. Surgit, & proſequitur. Crucifixus etiam pro nobis, ſub Pontio Pilato paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundùm ſcripturas. Et aſcendit in cœlum: ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum Dñm & vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre & Filio Caput inclinat. ſimul

ado-

adoratur, & cōglorificatur: qui locutus eſt per Prophetas. Et unam ſanctam Catholicam, & apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. *Signat ſe dicens.* Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Dicto Offertorio, accipit patenam cum hoſtia, quam offerens, dicit:

Suſcipe ſancte pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hoſtiā, quā ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo, vivo & vero, pro innumerabilibus peccatis & offenſionibus, & negligentiis meis, & pro omnibus circumſtantibus, ſed & pro omnibus fidelibus Chriſtianis vivis atque defunctis: ut mihi & illis proficiat ad ſalutē in vitam æternam. Amen.

Deinde fundit vinum & aquam in Calice, & aquam benedicit, dicens:

Deus, qui humanæ ſubſtātiæ dignitatem mirabiliter cōdidiſti, & mirabilius reformaſti: da nobis per hujus aquæ & vini

Digitized by Google

myſterium, ejus divinitatis eſſe conſortes, qui humanitatis noſtræ fieri dignatus eſt particeps Jeſus Chriſtus filius tuus Dñus noſter. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus : per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Cùm offert Calicem, dicit:

OFferimus tibi, Dñe, Calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam: ut in conſpectu divinæ majeſtatis tuæ, pro noſtra & totius mundi ſalute cum odore ſuavitatis aſcendat. Amen.

Collocato Calice in Altari, inclinatus dicit:

IN ſpiritu humilitatis, & in animo contrito ſuſcipiamur à te Dñe: & ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi Domine Deus.

Elevans, & jungens manus, dicit:

VEni ſanctificator omnipotens æterne Deus, & bene✠dic hoc ſacrificium tuo ſancto nomini præparatum.

benedicit oblata, proſequendo:

In Miſſa ſolemni cùm ponit incenſum in thuribulum, dicit:

PEr interceſſionem beati Michaëlis Archangeli ſtantis à dextris altaris incenſi, & omnium electorū ſuorum, incenſum iſtud dignetur Dominus bene✠dicere, & in odorem ſuavitatis accipere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Cùm incenſat Oblata, dicit:

INcenſum iſtud à te benedictum aſcendat ad te Domine: & deſcendat ſuper nos miſericordia tua.

Cùm incenſat Altare, dicit:

DIrigatur Dñe oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Elevatio manuū mearum ſacrificiū veſpertinū. Pone Domine cuſtodiā ori meo, & oſtium circumſtantiæ labiis meis: ut non declinet cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

Cùm reddit thuribulum miniſtro dicit.

ACcendat in nobis Dominus ignem ſui amoris, & flāmam æternæ charitatis. Amen.

riæ ſemper virginis, & Beati Joannis Baptiſtæ, & ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & iſtorũ, & omnium ſanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad ſalutem: & illi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorum memoriam agimus in terris. Per eumdẽ Chriſtum Dñm noſtrum. Amen.

Poſtea oſculatur Altare, & verſus ad populum extendens & jungens manus voce paululùm elevatâ, dicit:

Orate fratres.

Et perficiens circulum ſecretè proſequitur.

UT meum ac veſtrum ſacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.

Miniſter, ſeu circumſtantes reſpondent: alioquin ipſemet Sacerdos.

SUſcipiat Dominus ſacrificium de manibus tuis (vel meis) ad laudem, & gloriam nominis ſui, ad utilitatem quoque noſtram, totiuſque Eccleſiæ ſuæ ſanctæ.

Sacerdos ſubmiſsâ voce, dicit:

Amen.

Dictis ſecretis, dicit Præfationem tempori convenientem, propriam vel communem, ſequitur.



Digitized by Google

SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur à Nativitate Domini, uſque ad Epiphan. (præterquam in die octavæ S. Joannis Apoſt.) & in Purificatione Beatæ Mariæ, & in feſto Corporis Chriſti, & per Octavam, niſi in ea occurrat feſtum quod propriam præfationem habeat, & in Transfiguratione Domini nec non in miſſis Votivis de SS. Sacramento.




Verè dignum, &
juſtum eſt, æquũ
& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias age-
re: Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens, æterne
Deus: Quia per
incarnati Verbi
myſterium nova
mentis noſtræ
oculis lux tuæ
cla ri ta tis inful-
ſit: ut dum viſi-
biliter Deum co-

gno-

gnoſcimus, per
hunc in inviſibi-
lium amorem ra-
piamur: Et ideo
cum Angelis, &
Archangelis, cũ
Thronis, & Domi-
na ti o nibus, cũ-

que omni militia
cœleſtis exerci-
tus, hymnũ glo-
riæ tuæ canimus,
ſi nè fine dicen-
tes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in ex-

celſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.


Infra actionem.

In prima Miſſa dumtaxat dicitur, Noctem ſacratiſſimam celebrantes, qua, deinde ſemper dicitur, Diem ſacratisſimum, quo, uſque ad octavam Nativitatis Domini incluſivè, & non ultra.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum, vel noctem ſacratisſimam celebrantes, quo, vel qua Beatæ Mariæ intemerata virginitas huic mundo edidit Salvatorẽ: ſed & memoriam venerantes, in primis ejusdemglorioſæ ſemper virginis Mariæ, genitricis ejuſdem Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis, precibuſque concedas,

ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. *Jungit manus.*

Per eumdem Chriſtum Dñm noſtrũ. Amen.





Digitized by Google

SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur in Epiph. Domini,
& per octavam.




ſtro. ℟. Dignum
& juſtum eſt.
Verè dignum, &
juſtum eſt, æquũ
& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias age-
re: Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens, æterne
Deus: Quia cùm
Unigenitus tuus
in ſubſtantia no-
ſtræ mortalitatis
apparuit, nova
nos immortalita-

tis


tis ſuæ luce re-
para vit: Et ideo
cum Angelis, &
Archangelis, cũ
Thronis, & Domi-
na ti o nibus, cũ-
que omni militia
cœleſtis ex erci-
tus, hymnũ glo-
riæ tuæ canimus,
ſi nè fine dicen-
tes.


Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

Infra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo Unigenitus tuus in tua tecum gloria coæternus, in veritate carnis noſtræ viſibiliter corporalis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis ejusdẽ Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorũ, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum, quo-

rum

rum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.





Digitized by Google

SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur quotidie à feria quarta Cinerum, uſque ad Sabbatum ante Dominica Paſſionis incluſivè, niſi in feſtis propria aſſignetur.



&


& ſalutare,nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias age-
re : Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens , æterne
Deus : Qui cor-
porali jejunio vi-
tia comprimis,
mentem elevas,
virtutem largiris,
& præmia : per
Chriſtũ Dominũ
noſtrũ. Per quem
majeſtatem tuam
laudant Angeli,

ado-

adorant Dominationes, tremunt Poteſtates: Cœli, Cœlorumque virtutes, ac beata Seraphim, ſociâ exultatione concelebrant. Cum quibus & noſtras voces ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici confeſſione dicẽtes.


Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.




SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur quotidie à Dominica Paſſionis uſque ad feriam quintam in Cœna Domini incluſivè, niſi in feſtis occurrentibus propria aſſignetur: & in ſolemnitatibus ſanctæ Crucis, & Miſſis votivis ejuſdem.




ſtro. ℞. Dignum
& juſtum eſt.
Verè dignum, &
juſtum eſt, æquũ
& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias age-
re: Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens, æterne
Deus: Qui ſalu-
tem humani ge-


neris in ligno cru-
cis conſtituiſti:
ut unde mors
oriebatur, inde
vita reſurgeret:
& qui in ligno
vincebat, in li-
gno quoque vin-
ceretur: per Chri-
ſtum Dominum
noſtrũ. Per quem
majeſtatem tuam




laudant Angeli,



adorant Domina-



tiones, tremunt



Poteſtates, Cœli,




Cœlorumque vir-



tutes, ac beata



Seraphim, ſociâ



exultatione con-



celebrant. Cum



quibus & noſtras



voces ut admitti



jubeas depreca-



mur, ſupplici con-



feſſione dicētes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

IN COENA DOMINI
Infra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, quo Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro nobis eſt traditus. Sed & memoriã venerantes, in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis ejuſdẽ Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorũ, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani,

& omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

Tenens manus expanſas ſuper oblata dicit:


HAnc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus ob diem, in qua Dñs noſter Jeſus Chriſtus tradidit diſcipulis ſuis corporis, & ſanguinis ſui myſteria celebranda: quæſumus Dñe, ut placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amem.

QUam oblationem tu Deus in omnibus quæſumus, bene✠dictã, aſcri✠ptã, ra✠tã, rationabilem, acceptabilemque facere digneris: ut

nobis cor✠pus, & ſan✠guis fiat dilectiſſimi Filii tui Dñi noſtri Jeſu Chriſti.

QUi pridie, quã pro noſtra omniumque ſalute pateretur, hoc eſt, hodie: accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas, & elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem ſuũ omnipotentem; tibi gratias agens, bene✠dixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes.

Hoc eſt enim corpus meum.






SEQUENS PRÆFATIO



Dicitur à Vigilia Paſchæ, uſque ad Vigiliam Aſcenſionis incluſivè: niſi in feſtis eo tempore occurrentibus propria aſſignetur. In Miſſa Sabbati Sancti dicitur: **In hac potiſſimùm nocte.** In die Paſchæ, uſque ad Sabbatum in Albis incluſivè dicitur: **In hac potiſſimùm die.** Deinceps dicitur: **In hoc potiſſimùm glorioſiùs prædicare.**




Verè dignum, & ju-
ſtum eſt, æquum
& ſalutare, Te
quidem Domine
omni tempore,
ſed in hac potiſ-
ſimùm die glo-
rioſiùs prædica-
re, cùm Paſcha
noſtrùm immo-
latus eſt Chri-
ſtus. Ipſe enim
verus eſt agnus,
qui abſtulit pec-
cata mundi. Qui
mortem noſtram


moriendo deſtru-

xit, & vitam re-

ſurgendo repa-

ravit. Et ideo

cum Angelis, &


Archangelis, cum

Thronis, & Do-

mina ti o nibus,


cumque omni

militia cœleſtis

ex ercitus, hym-

num gloriæ tuæ

ca nimus, ſi nè

ſine dicentes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus

qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

INFRA ACTIONEM.

A Sabbato ſancto, uſque ad Sabbatum in Albis incluſivè.

Communicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes Reſurrectionis Dñi noſtri Jeſu Chriſti ſecundùm carnem. Sed & memoriã venerantes, in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis ejusdẽ Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorũ, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

Tenens Manus expanſas ſuper oblata, dicit:

HAnc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſſionem omnium peccatorum: quæſumus Dñe, ut placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.





SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur à die Aſcenſionis, uſque ad Vigiliam Pentecoſtes excluſivè, & in Feſtis tunc occurrentibus, niſi in eis propria aſſignetur.



Verè dignum, &
juſtum eſt, æquũ
& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias a ge-
re: Domine ſan-
ᵭte, Pater omni-
potens, ætern e

Deus: per Chri-
ſtum Dominum
noſtrum. Qui
poſt reſurrectio-
nem ſuam om-
nibus diſcipulis
ſuis manifeſtus
apparuit, & ipſis


cernentibus eſt
elevatus in cœ-
lum, ut nos di-
vinitatis ſuæ tri-
bueret eſſe par ti-
cipes. Et ideo
cum Angelis, &
Archangelis, cum
Thronis, & Do-
mina ti o nibus,
cumque omni
militia cœleſtis
ex ercitus, hym-
num gloriæ tuæ
ca nimus, ſi nè
fine dicentes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

Infra actionem.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum celebrantes, in quo Dominus noſter unigenitus Filius tuus unitam ſibi fragilitatis noſtræ ſubſtantiam in gloriæ tuæ dextera collocavit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis ejusdẽ Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorũ, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani, & omnium Sancto-

rum tuorum, quorum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.



SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur à vigiliæ Pentecoſtes uſque ad ſequens Sabbatum incluſive: & in miſſis votivis de Spiritu ſancto, *omiſſo* hodierna die.




& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias a ge-
re: Domine ſan-
ćte, Pater omni-
potens, æterne
Deus: per Chri-
ſtum Dominum
noſtrum. Qui
aſcendens ſuper
omnes cœlos,
ſedenſque ad
dexteram tuam,
promiſſum Spi-
ritum ſanćtum
hodierna die in

filios

filios adoptio-
nis effudit. Qua-
propter profuſis
gaudiis, totus in
orbe terrarum
mundus exultat.
Sed & ſupernæ
Virtutes, atque

Angelicæ Pote-
ſtates hymnum
gloriæ tuæ con-
cinunt, ſinè fi-
ne dicentes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus ſabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloriâ tuâ: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

INFRA ACTIONEM.

A Vigilia Pentecoſtes uſque ad ſequens Sabbatum incluſivè.

COmmunicantes, & diem ſacratiſſimum Pentecoſtes celebrantes, quo Spiritus ſanctus Apoſtolis, innumeris linguis apparuit. Sed & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorum, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

Tenens manus expanſas ſuper oblata dicit:

HAnc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua, & Spiritu ſancto, tribuens eis remiſsionem omnium peccatorum: quæſumus Dñe, ut placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab ęterna dãnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, & in Miſſis votivis ejusdem.




Verè dignum, &
juſtum eſt, æquũ
& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias a ge-
re: Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens, æterne
Deus: Qui cum
unigenito Filio
tuo, & Spiritu
ſancto unus es
Deus, unus es
Dominus: non


in unius ſingu-
laritate perſonæ
ſed in unius Tri-
nitate ſubſtan-
tiæ. Quod enim
de tua gloria, re-
velante te credi-
mus : hoc de Fi-
li o tuo, hoc de
Spiritu ſancto,
ſinè differentia
diſcretionis ſen-
timus. Ut in con-
feſſione veræ,
ſem-


ſempiternæque
De i ta tis, & in
perſonis proprie-
tas, & in eſſentia
u nitas, & in ma-
jeſtate adoretur
equalitas. Quam
laudant Angeli,
atque Archan-
geli, Cherubim
quoque, ac Sera-
phim : qui non
ceſſant clamare
quotidie, unâ




voce dicentes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.



SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur in Feſtis B. Mariæ (excepto Feſto Purificationis, in quo dicitur de Nativitate Domini) & per eorum Octavas, etiam in Feſtis infra eas occurrentibus, ſi propriam non habuerint : & in Miſſis votivis de Beata Maria, in quibus dicitur : **Et te in Veneratione** ; in Feſtis autem dicitur, vel **Et te in Annuntiatione**, vel **Viſitatione**, vel **Aſſumptione**, vel **Nativitate**, vel **Præſẽtatione**, vel **Conceptione**, ſecundùm denominationem Feſti : & in dedicatione S. Mariæ ad Nives dicitur : **Et te in Feſtivitate**.




mus Domino
Deo noſtro.
℟. Dignum & ju-
ſtum eſt. Verè
dignum , & ju-
ſtum eſt, æquum
& ſalutare,nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias a ge-
re: Domine ſan-
cte , Pater omni-
potens, æterne
Deus : Et te in
*********** beatæ
Mariæ ſemper
Virginis collau-

da-


dare, benedice-
re, & prædicare.
Quæ & Unigeni-
tum tuum ſan-
ƈti Spiritus obum-
brati o ne con-
cepit, & virgini-
tatis gloria per-
manente, lumen
æternum mun-
do effudit, Jeſum
Chriſtum Domi-
num noſtrum.
Per quem ma-
jeſtatem tuam
laudant Ange-

li, adorant Do-
minationes, tre-
munt Poteſta-
tes : Cœli, Cœ-
lorumque virtu-
tes, ac beata
Seraphim, ſociâ
exultatione con-

celebrant. Cum
quibus & noſtras
voces ut admit-
ti jubeas depre-
camur, ſupplici
confeſſione di-
centes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus ſabaoth. Pleni ſunt

cœli & terra gloriâ tuâ: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.



NON SCINDAMVS EAM
Ioan. Cap. 19 V. 24



Rosalba Maria Salvioni Io. M.ª Typographi Vaticani Filia del.

SEQUENS PRÆFATIO

Dicitur in Feſtis Apoſtolorum, & Euangeliſtarum (præterquam in die S. Jo: Apoſtoli) & per Octavas eorum, & in Feſtis infra eas occurrentibus, niſi in eis propria aſſignetur : & in Miſſis votivis de Apoſtolis.



dignum, & ju-
ſtum eſt, æquum
& ſa lu tare, Te
Domine ſupplici-
ter ex o ra re, ut
gregem tuum pa-
ſtor æterne non
deſeras: ſed per

beatos Apoſtolos
tuos continua
protecti o ne cu-
ſtodias. Ut i isdem
rectoribus guber-
netur, quos ope-
ris tui vicarios
eidem contuli-

ſti præeſſe pa-

ſtores. Et ideo

cum Angelis, &

Archangelis,cum

Thronis, & Do-

minationibus,

cumque omni

militia cœleſtis

exercitus, hym-

num gloriæ tuæ

canimus, ſinè


fine dicentes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dn̄s Deus Sabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloria tua: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.


B. Thibouſt Sculp.

SEQUENS PRÆFATIO

Cum ſuo cantu dicitur in omnibus Dominicis, & Feſtis Duplicibus, & per Octavas eorum, & in omnibus Semidupilcibus, ubi propria non habetur.





dignum, & ju-
ſtum eſt,æquum,
& ſalutare,nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias a ge-
re: Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens, æter-
ne Deus: per
Chriſtum Domi-
num noſtrum.
Per quem ma-
jeſtatem tuam
laudant Ange-
li, adorant Do-
minationes, tre-


munt poteſta-
tes : Cœli, Cœ-
lorumque Virtu-
tes, ac bea-
ta Seraphim,
ſociâ exulta-
tione conce-
lebrant. Cum
quibus, & no-
ſtras voces, ut
admitti jubeas
depre camur,
ſupplici con-
feſſione di-
centes.
Sanctus, ſanctus,
ſanctus Dñs Deus
ſabaoth. Pleni ſunt

cœli & terra gloriâ tuâ: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

SEQUENS PRÆFATIO

Cum ſuo cantu dicitur in Feſtis Simplicibus, & diebus ferialibus, ubi propria non habetur, & in omnibus Miſſis Defunctorum.




dignum, & ju-
ſtum eſt, æquum,
& ſalutare, nos ti-
bi ſemper & ubi-
que gratias a ge-
re: Domine ſan-
cte, Pater omni-
potens, æter-
ne Deus: per
Chriſtum Domi-
num noſtrum.
Per quem ma-
jeſtatem tuam
laudant Ange-
li, adorant Do-
minationes, tre-

munt Poteſta-
tes : Cœli, Cœ-
lorumque Virtu-
tes, ac bea-
ta Seraphim,
ſo ci â exulta-
ti o ne conce-
lebrant. Cum

quibus, & no-
ſtras voces, ut
admitti jubeas
deprecamur,
ſupplici con-
feſſi o ne di-
centes.
Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus Sabaoth. Pleni ſunt

cœli & terra gloriâ tuâ: Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis.

In omnibus Dominicis, Feriis, & Feſtis, ubi propria non habetur, & in omnibus Miſſis Defunctorum.

PEr omnia ſæcula ſæculorũ. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. ℣. Surſum corda. ℟. Habemus ad Dominum. ℣. Gratias agamus Domino Deo noſtro. ℟. Dignum & juſtũ eſt. Verè dignum & juſtum eſt, æquũ, & ſalutare, nos tibi ſemper & ubique gratias agere: Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Chriſtum Dñm noſtrũ. Per quem majeſtatẽ tuã laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Poteſtates. Cœli, Cœlorũque Virtutes, ac beata Seraphim, ſocia exultatione cõcelebrant. cum quibus & noſtras voces ut admitti jubeas deprecamur, ſupplici cõfeſſione dicentes.

Sanctus, ſanctus, ſanctus Dñs Deus ſabaoth. Pleni ſunt cœli & terra gloriâ tuâ: Hosãna in excelſis. Benedictus qui venit in nomine Dñi: Hoſanna in excelſis.



Rosalba Maria Salvioni Io. M.ª Typographi Vaticani Filia del. *Carolus Grandi Sculp.*

Digitized by Google

FINITA PRÆFATIONE

Extendens & jungens manus, elevanſque ad Cœlum oculos, & ſtatim demittens, profundè inclinatus ante Altare, manibus ſuper eo poſitis, dicit:

TE igitur clementiſſime Pater, per Jeſum Chriſtum Filium tuum Dominum noſtrum, ſupplices rogamus, ac petimus:

Oſculatur Altare, & junctis manibus ante pectus, dicit:

Uti accepta habeas, & benedicas (Signat ter ſuper Calicem & hoſtiam ſimul, dicens:) Hæc ✠ dona, hęc ✠ munera, hęc ✠ sācta ſacrificia illibata,

Digitized by Google

Extenſis manibus proſequitur:

In primis quæ tibi offerimus pro Eccleſia tua ſancta catholica; quam pacificare, cuſtodire, adunare, & regere digneris, toto orbe terrarum: unà cum famulo tuo Papa noſtro N. Et me indigno ſervo tuo

Si verò celebrans non fuerit Epiſcopus; omiſſis illis verbis, eorum loco dicat:

& Antiſtite noſtro N. Deinde proſequatur. & omnibus orthodoxis, atq; Catholicę & Apoſtolicæ fidei cultoribus.

Commemoratio pro vivis.

MEmento Domine famulorum famularũque tuarum N. & N.

Jungit manus, orat aliquantulum pro quibus orare intendit: deinde manibus extenſis proſequitur:

Et omnium circũſtantium; quorum tibi fides cognita eſt, & nota devotio, pro quibus tibi offerimus: vel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis, pro ſe, ſuiſque omnibus: pro redemptione animarum ſuarum, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ: tibique reddunt vota ſua æterno Deo, vivo, & vero.

Proſequitur extenſis manibus ut priùs.

COmmunicantes, & memoriam venerantes, in primis glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, genitricis Dei & Domini noſtri *Caput inclinans.* Jeſu Chriſti: ſed & beatorum Apoſtolorũ, ac martyrum tuorum, Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thaddæi, Lini, Cleti, Clementis, Xyſti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chryſogoni, Joannis, & Pauli, Coſmæ, & Damiani, & omnium Sanctorum tuorum, quorum meritis, precibuſque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. *Jungit manus.* Per eumdem Chriſtum Dñum noſtrũ. Amen.

Tenens manus expanſas ſuper oblata dicit:

HAnc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quæſumus Dñe, ut placatus accipias: dieſque noſtros in tua pace diſponas, atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorũ tuorum jubeas grege numerari. Jungit manus. Per Chriſtum Dñm noſtrum. Amen.

Proſequitur junctis manibus:

QUã oblationẽ tu Deus in omnibus quæſumus, Signat ter ſuper oblata. bene ✠ dictã, adſcri ✠ ptã, ra ✠ tam, rationabilem, acceptabilẽque facere digneris: Semel ſignat ſuper Hoſtiam. ut nobis Cor ✠ pus, Et ſemel ſuper Calicem. & San ✠ guis fiat dilectisſimi Filii tui Jungit manus. Domini noſtri Jeſu Chriſti.

QUi pridie quã pateretur Accipit Hoſtiam. accepit panẽ in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: Elevat oculos ad Cœlum. & elevatis oculis in cœlum ad te Deum Patrem ſuum omnipotentem: tibi gratias agens, Signat ſuper Hoſtiam. be ✠ ne ✠ dixit, fregit, deditque diſcipulis ſuis, dicens: Accipite, & manducate ex hoc omnes.

Tenens ambabus manibus Hoſtiam inter indices & pollices, profert verba conſecrationis ſecretè, diſtinctè, & attentè.

Hoc eſt enim Corpus meum.

Quibus verbis prolatis, ſtatim Hoſtiam conſecratam genuflexus adorat: ſurgit, oſtendit populo, reponit ſuper corporale, & genuflexus iterum adorat: nec ampliùs pollices & indices disjungit, niſi quando Hoſtia tractanda eſt, uſque ad ablutionem digitorum. Tunc detecto calice dicit:

SImili modo poſtquã cœnatũ eſt, *Ambabus manibus accipit Calicem.* accipiens & hunc præclarũ Calicem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas: item tibi gratias agens, *Siniſtra tenens Calicem, dextera ſignat ſuper eum.* bene✠dixit, deditque diſcipulis ſuis dicens: Accipite & bibite ex eo omnes.

Profert verba conſecrationis ſecretè ſuper Calicem, tenens illum parvum elevatum.

Hic eſt enim Calix Sanguinis mei, novi & æterni teſtamenti: myſterium fidei: qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.

Quibus verbis prolatis, deponit Calicem ſuper corporale, & dicens ſecretè:

Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis:

Genuflexus adorat, ſurgit,& oſtendit populo: deponit, cooperit, & genuflexus iterùm adorat. Deinde extenſis manibus dicit:

Unde & memores Domine nos ſervi tui, ſed & plebs tua ſancta ejusdem Chriſti Filii tui Domini noſtri tam beatæ paſſionis, necnon & ab inferis reſurrectionis, ſed & in cœlos glorioſæ aſcēſionis, offerimus præclaræ majeſtati tuæ de tuis donis, ac datis,

Jungit manus,& ſignat ter ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul, dicens:

Hoſtiam ✠ puram Hoſtiam ✠ ſanctā Hoſtiam ✠ immaculatam Deinde ſignat ſemel ſuper Hoſtiam tantùm, dicens: Panem ✠ ſanctum vitę æternę, Et ſuper Calicem tantùm, dicens: & Calicem ✠ ſalutis perpetuæ.

Extenſis manibus proſequitur:

Supra quæ propitio, ac ſereno vultu reſpicere digneris: & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui juſti Abel: & ſacrificium Patriarchę noſtri Abrahę: & quod tibi obtulit ſummus Sacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificiū, immaculatam Hoſtiam.

Profundè inclinatus junctis manibus & ſuper Altare poſitis, dicit:

SUpplices te rogamus, omnipotens Deus; jube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuũ, in conſpectu divinæ majeſtatis tuæ: ut quotquot *Oſculatur Altare.* ex hac altaris participatione ſacroſãctũ Filii tui *Signat ſemel ſuper Hoſtiam, & ſemel ſuper Calicem.* Cor✠pus, & San✠guinem ſumpſerimus, *Se ipſum ſignat dicens:* omni bene✠dictione cœleſti, & gratia repleamur. *Jungit manus, & caput inclinat:* Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

Commemoratio pro Defunctis.

MEmento etiã Dñe famulorum famularũque tuarum, N. & N. qui nos præceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis.

Jungit manus, orat aliquantulum pro iis defunctis, pro quibus orare intendit: deinde extenſis manibus proſequitur:

Ipſis Dñe, & omnibus in Chriſto quieſcentibus locũ refrigerii, lucis, & pacis, ut indulgeas deprecamur. *Jungit manus, & caput inclinat, dicens:* Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Manu dexterâ percutit ſibi pectus, elatâ aliquantulum voce, dicens:

NObis quoque peccatoribus, famulis tuis, de multitudine miſerationum tuarũ ſperantibus partem aliquam, & ſocietatem donare digneris, cum tuis ſanctis Apoſtolis, & Martyribus: cum Joanne, Stephano, Mathia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anaſtaſia, & omnibus Sanctis tuis: intrà quorum nos conſortiũ non æſtimator meriti ſed veniæ quæſumus largitor admitte. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Extenſis manibus ut priùs, ſecretè proſequitur:

Jungit manus.

PEr quem hæc omnia Domine ſemper bona creas:

Signat ter ſuper Hoſtiam & Calicem ſimul, dicens:

Sancti ✠ ficas: vivifi ✠ cas: bene ✠ dicis, & præſtas nobis.

Diſcooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, accipit Hoſtiam inter pollicem & indicem manus dexteræ, tenens ſiniſtra Calicem, & cum Hoſtia ſignat ter à labio ad labium Calicis, dicens:

Per ip ✠ ſum, & cũ ip ✠ ſo, & in ip ✠ ſo, eſt tibi Deo Pa ✠ tri omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ ſancti omnis honor, & gloria.

Cum ipſa Hoſtia ſignat bis inter ſe & Calicem, dicens:


Elevans parum Calicem cum Hoſtia, dicit:

Reponit Hoſtiam, Calicem pallâ cooperit, genuflectit, ſurgit, & dicit:



tur


tur nomen tu-
um : Adveniat
regnum tuum:
Fiat voluntas
tua , ſicut in
Cœlo , & in
terra. Panem
noſtrum quoti-
dianum da no-
bis hodie: Et di-
mitte nobis de-
bita noſtra, ſic-
ut & nos di-
mittimus debito-
ribus noſtris. Et
ne nos indu-



Sequens cantus dicitur in Feſtis ſimplicibus, & in diebus ferialibus, & in Miſſis Defunctorum.




tur nomen tu-
um : Adveniat
regnum tuum:
Fiat voluntas
tua, ſicut in
Cœlo, & in
terra. Panem
noſtrum quoti-
dianum da no-
bis hodie: Et di-
mitte nobis de-
bita noſtra, ſic-
ut & nos di-
mittimus debito-
ribus noſtris. Et
ne nos indu-

cas



cas in tentatio-



nem. ℟. Sed



libera nos à ma-



lo. Sacerdos ſubmiſſa voce dicit ; Amen.

Deinde manu dextera accipit patenam inter indicem & medium digitos : quam tenens ſuper Altare erectam, dicit ſecreto :

Libera nos, quæſumus Domine, ab omnibus malis præteritis, præſentibus, & futuris : & intercedente beata, & glorioſa ſemper Virgine Dei genitrice Maria, cũ beatis Apoſtolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea, & omnibus Sanctis, Signat ſe cum patena à fronte ad pectus. da propitius pacem in diebus noſtris : Patenam oſculatur ut ope miſericordiæ tuæ adjuti, & à peccato ſimus ſemper liberi, & ab omni perturbatione ſecuri.

Submittit patenam Hoſtiæ, diſcooperit Calicem, genuflectit, ſurgit, accipit Hoſtiam, & eam ſuper Calicem tenens utraque manu frangit per medium, dicens:

Per eumdem Dñm noſtrũ Jeſum Chriſtum Filium tuum.

Et mediam partem, quam in dextera manu tenet, ponit ſuper patenam. Deinde ex parte, quæ in ſiniſtra remanſerat, frangit particulam dicens:

Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus ſancti Deus.

Aliam mediam partem, quam in ſiniſtra manu habet, adjungit mediæ ſuper patenam poſitæ, & particulam parvam dexterâ retinens ſuper Calicem, quem ſiniſtrâ per nodum infra cuppam tenet, intelligibili voce dicit:



Per omnia ſæcu-



la ſæculorum.



℟. Amen.

Cum ipſa particula ſignat ter ſuper Calicem, dicens:



Pax ✠ Domini




ſit ✠ ſemper



vobiſ ✠ cum.



℟. Et cum ſpiri-



tuo tuo.

Particulam ipſam immittit in Calicem, dicens ſecretè:

HÆc, commixtio, & conſecratio corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, fiat accipientibus nobis in vitã æternam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit ſurgit, & inclinatus Sacramento, junctis manibus, & ter pectus percutiens, dicit clara voce:

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: miſerere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem.

In Miſſis pro Defunctis non dicitur miſerere nobis; ſed ejus loco, dona eis requiem: & in tertio additur, ſempiternam. Deinde junctis manibus ſuper Altare inclinatus dicit ſecretò ſequentes Orationes.

Domine Jeſu Chriſte, qui dixiſti Apoſtolis tuis: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne reſpicias peccata mea, ſed fidem Eccleſiæ tuæ: eamque ſecundùm voluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris. Qui vivis, & regnas Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Si danda ſit Pax, oſculatur Altare, & dans pacem, dicit:

Pax tecum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

In Miſſis Defunctorum non datur Pax, neque dicitur præcedens Oratio.

Domine Jeſu Chriſte Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu ſancto, per mortem tuam mundum vivificaſti: libera me per hoc ſacroſanctum Corpus, &

ſanguinem tuū ab omnibus iniquitatibus meis, & univerſis malis: & fac me tuis ſemper inhærere mandatis, & à te numquam ſeparari permittas. Qui cū eodem Deo Patre, & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

PErceptio Corporis tui, Dñe Jeſu Chriſte, quod ego indignus ſumere præſumo, non mihi proveniat in judicium, & condemnationem: ſed pro tua pietate proſit mihi ad tutamētum mentis & corporis, & ad medelā percipiendam. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sācti Deus, per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Genuflectit, ſurgit, & dicit:

PAnem cœleſtē accipiam, & nomen Dñi invocabo.

Deinde parum inclinatus accipit ambas partes Hoſtiæ inter pollicem & indicem ſiniſtræ manus, & patenam inter eumdem indicem & medium ſupponit, ac dextrâ tribus vicibus percutiens pectus elatâ aliquantulum voce ter dicit devote, & humiliter.

DOmine non sū dignus, *Et ſecretò proſequitur.* ut intres ſub tectū meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur anima mea.

Poſtea dextera ſe ſignans cum Hoſtia ſuper patena, dicit:

Corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

Et ſe inclinans, reverenter ſumit ambas partes Hoſtiæ: quibus ſumptis deponit patenam ſuper corporale, & erigens ſe jungit manus, & quieſcit aliquantulùm in meditatione Sanctiſſimi Sacramenti. Deinde diſcooperit Calicem, genuflectit, colligit fragmenta ſi quæ ſint, extergit patenam ſuper Calicem, interim dicens:

Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Laudans invocabo Dñm, & ab inimicis meis ſalvus ero.

Accipit Calicem manu dextrâ, & eo ſe ſignans dicit:

Sanguis Domini noſtri Jeſu Chriſti cuſtodiat animã meã in vitam æternam. Amen.

Et ſiniſtrâ ſupponens patenam Calici, reverenter ſumit totum ſanguinem cum particula. Quo ſumpto, ſi qui ſunt communicandi, eos communicet, antequam ſe purificet. Poſtea dicit:

Quod ore ſumpſimus, Dñe, pura mente capiamus: & de munere temporali fiat nobis remedium ſempiternum.

Interim porrigit Calicem miniſtro, qui infundit in eo parum vini, quo celebrans ſe purificat: deinde proſequitur.

COrpus tuum, Domine, quod ſumpſi, & ſanguis quē potavi, adhæreat viſceribus meis, & præſta, ut in me non remaneat ſcelerum macula, quem pura, & ſancta refecerunt ſacramenta. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Abluit digitos, extergit, & ſumit ablutionem; extergit Calicem, & plicato corporali operit more ſolito: deinde proſequitur Miſſam, ut in Ordinario.

Dicto poſt ultimam orationem.

Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Dicit pro Miſſæ qualitate vel, Ite Miſſa eſt vel Benedicamus Domino.

℟. Deo gratias.

In Miſſis Defunctorum dicit:

Requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde inclinat ſe ante medium Altaris, & junctis manibus ſuper illud, dicit ſecretè.

PLaceat tibi ſancta Trinitas obſequium ſervitutis meæ: & præſta, ut ſacrificium, quod oculis tuæ majeſtatis indignus obtuli, tibi ſit acceptabile: mihique, & omnibus, pro quibus illud obtuli, ſit, te miſerante, propitiabile. Per Chriſtum Dñm noſtrũ. Amen.

Poſtea oſculatur Altare, & ſi celebrans eſt Epiſcopus, versùs Altare clara voce dicit:

SIt nomen Domini benedictum.

℟. Ex hoc, nunc, & uſque in ſæculum.

Et ſignans ſe dicit: Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Tum elevans ad Deum oculos, manuſque, & iterum jungens, dicit:

Benedicat vos omnipotens Deus:

Dextera producens ſignum Crucis ſuper populum, primo à cornu Epiſtolæ: Secundo in medio: Tertiò à cornu Euangelii.

Pa✠ter, & Fi✠lius, & Spiritus ✠ Sanctus. ℟. Amen.

Si non eſt Epiſcopus, dicit ſolummodo.

Benedicat vos omnipotens Deus, Pater, & Filius, ✠ & Spiritus ſanctus.

Semel tantùm benedicens, etiam ſi ſolemniter celebret.

In miſſis Defunctorum non datur benedictio.

Deinde celebrans in cornu Euangelii junctis manibus, dicit:

Dñs vobiſcum.

℟. Et cũ ſpiritu tuo.

Et ſignans ſigno Crucis primùm Altare, vel librum, deinde frontem os pectus, dicit:

Initiũ ſancti Euangelii ſecundũ Joannem. Vel ſi aliud Euangelium legendum ſit.

Sequentia ſancti Euangelii.

℟. Gloria tibi Domine.

Junctis manibus proſequitur.

IN principio erat Verbũ, & Verbũ erat apud Deum, & Deus erat Verbum.

Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſinè ipſo factũ eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non cõprehẽderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in teſtimoniũ; ut teſtimoniũ perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, ſed ut teſtimoniũ perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnẽ hominẽ venientẽ in hunc mũdũ. In mundo erat, & mũdus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & ſui eũ non receperunt. Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri, his qui credũt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. *Genuflectit dicens.* Et verbũ caro factũ eſt. *Et ſurgens proſequitur.* Et habitavit in no-

bis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Unigeniti à Patre plenum gratiæ, & veritatis.
℟. Deo gratias.

GRATIARUM ACTIO
Poſt Miſſam.

Antiphona.

TRium puerorum cãtemus hymnum, quem cantabant ſancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

Quæ Antiphona in Feſtis duplicibus tantùm duplicatur, & tempore Paſchali additur in fine: Alleluja:

Canticum trium puerorum:

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.
Benedicite Angeli Domini Dño: benedicite Cœli Dño.
Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper Cœlos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.
Benedicite ſol, & luna Domino: benedicite ſtellæ cœli Domino.
Benedicite omnis imber, & ros Dño:

benedicite omnis ſpiritus Dei Dño.

Benedicite ignis, & æſtus Domino: benedicite frigus, & æſtus Domino.

Benedicite rores, & pruina Dño: benedicite gelu, & frigus Domino.

Benedicite glacies, & nives Domino: benedicite noctes, & dies Domino.

Benedicite lux, & tenebræ Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet, & ſuperexaltet eũ in ſæcula.

Benedicite mõtes, & colles Domino: benedicite univerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria, & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia, quæ movẽtur in aquis Domino: benedicite omnes volucres Cœli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ, & pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Iſraël Dñm: laudet, & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite ſacerdotes Domini Domino : benedicite ſervi Dñi Domino. Benedicite ſpiritus, & animæ juſtorum Domino : benedicite ſancti & humiles corde Domino. Benedicite Anania, Azaria, Miſaël Domino : laudate, & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es Domine in firmamento Cœli; & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

Pſalmus 150.

Laudate Dominum in ſanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eũ in virtutibus ejus: laudate eũ ſecundũ multitudinẽ magnitudinis ejus.

Laudate eũ in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri. &c.

Deinde repetitur Antiphona. Triũ puerorũ cantemus hymnum, quem cantabant ſancti in camino ignis, benedicentes Dñm.

Tempore Paſchali additur Alleluja. Deinde Sacerdos dicit:

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos inducas in tentationẽ.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. Confiteãtur tibi Dñe omnia opera tua.
℟. Et ſancti tui benedicant tibi.
℣. Exultabunt ſancti in gloria.
℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.
℣. Non nobis Domine, non nobis.
℟. Sed nomini tuo da gloriam.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dñs vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigaſti flammas igniũ,

concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præveni, & adjuvando proſequere: ut cuncta noſtra oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

DA nobis, quæſumus Domine, vitiorum noſtrorum flãmas extinguere: qui beato Laurentio tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare. Per Chriſtum Dominum noſtrũ. Amen.

ORATIONES

Poſt celebrationẽ. Miſſæ dicendæ.

Oratio S. Thomæ de Aquino.

GRatias tibi ago Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui me peccatorẽ indignũ famulum tuum, nullis meis meritis, ſed ſola dignatione miſericordiæ tuæ ſatiare dignatus es pretioſo corpore, & ſanguine Filii tui Dñi noſtri Jeſu Chriſti. Et precor, ut hæc ſancta Communio

non ſit mihi reatus ad pœnam, ſed intercesſio ſalutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, & ſcutũ bonæ voluntatis. Sit vitiorũ meorũ evacuatio, concupiſcentiæ & libidinis exterminatio, charitatis, & patientiæ, humilitatis, & obedientiæ, omniũque virtutum augmentatio, contra inſidias inimicorũ omnium, tam viſibiliũ, quàm inviſibilium firma defenſio: motuum meorũ, tam carnalium, quàm ſpiritualium perfecta quietatio: in te uno ac vero Deo firma adhæſio: atque finis mei felix conſummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorẽ perducere digneris: ubi tu cum Filio tuo, & Spiritu ſancto, ſanctis tuis es lux vera, ſatietas plena, gaudium ſempiternũ, jucunditas conſummata, & felicitas perfecta. Per eumdem Chriſtum Dominũ noſtrum. Amen.

Alia Oratio poſt Miſſam.

OMnipotens ſẽpiterne Deus, conſervator animarum, mundique redemptor, me famulum tuum ante majeſtatem tuam proſtratum benignisſimè reſpice, & ſacrificium, quod in honorem nominis tui pro ſalute fidelium tam vivorũ, quàm etiam defunctorũ, & pro peccatis, & offenſionibus meis obtuli, piisſimè reſpice, iram tuam à me remove, gratiã, & miſericordiã mihi concede, januam Paradiſi mihi pande, ab omnibus malis me potẽter eripe; & quidquid proprio commiſi reatu, clementer indulge: Et ſic in hoc ſæculo in præceptis tuis fac me perſeverare, ut dignus electorum gregi copulari efficiar: te præſtante Deus meus, cujus nomen benedictũ, honor, atque regnum permanet in ſæcula ſæculorum. Amen.

IN CONSECRATIONE EPISCOPI

Infra actionem. Conſecrator.

Hanc igitur oblationē ſervitutis noſtræ, ſed & cūctæ familiæ tuæ, quā tibi offerimus etiā pro hoc famulo tuo, quem ad Epiſcopatus ordinem promovere dignatus es, quæſumus Dñe ut placatus accipias, & propitius in eo tua dona cuſtodias: ut quod divino munere conſecutus eſt, divinis effectibus exequatur: dieſque noſtros in tua pace diſponas; atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Conſecratus dicit:

Hanc igitur oblationem ſervitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, etiā pro me famulo tuo, quē ad Epiſcopatus ordinem promovere dignatus es, quæſu-

mus Domine ut placatus accipias, & propitius in me tua dona cuſtodias: ut, quod divino munere conſecutus ſum, divinis effectibus exequar: dieſque noſtros in tua pace diſponas; atque ab æterna damnatione nos eripi; & in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Chriſtum Dñm noſtrũ. Amẽ.

QUINQUE PUNCTA.

Ante, vel poſt Communionem utiliſſimè recitanda.

I.

DEteſtor, & abominor omnia, & ſingula peccata mea, & omnium aliorum commiſſa ab initio mundi uſque in hanc horam, & deinceps uſque ad finem mundi committenda, & ſi poſſem, impedirem per gratiam Dei, quam ſupplex invoco.

II.

Laudo, & approbo omnia bona opera facta à principio mundi uſque in hanc horam, & deinceps uſque in finem mundi facienda, & ſi poſſem, ea multiplicarem per gratiam Dei, quã ſupplex invoco.

III.

Intendo omnia facere, & dicere, & cogitare ad majorem Dei gloriam, cum omnibus illis bonis intentionibus, quas ſancti unquam habuerunt, vel habebunt, vel habere poſſunt.

IV.

Ignoſco, & dimitto ex toto corde omnibus inimicis meis, omnibus me calumniantibus, omnibus mihi detrahentibus, omnibus quocumque modo mihi nocentibus, vel volentibus mala.

V.

Utinam omnes homines ſalvare poſſem moriendo pro ſingulis, lubenter id facerem per gratiam Dei; quam ſupplex invoco; & ſine qua nihil poſſum.

ADoro te devotè, latens Deitas.
Quæ ſub his figuris verè latitas;
Tibi ſe cor meum totum ſubjicit,
Quia te contemplans, totum deficit.
Viſus, tactus, guſtus in te fallitur,
Sed auditu ſolo tutò creditur.
Credo quicquid dixit Dei Filius.
Nil hoc verbo veritatis verius.
In cruce latebat ſola Deitas;
At hic latet ſimul & humanitas:
Ambo tamen credens atque confitens,
Peto quod petivit latro pœnitens.
Plagas, ſicut Thomas, non intueor,
Deum tamen meum te confiteor.
Fac me tibi ſemper magis credere,
In te ſpem habere, te diligere.
O memoriale mortis Domini,
Panis vivus vitam præſtans homini:
Præſta meæ menti de te vivere,
Et te illi ſemper dulce ſapere.
Pie pellicane JESU Domine,
Me immundum munda tuo ſanguine:
Cujus una ſtilla ſalvum facere
Totum mundum quit ab omni ſcelere,
JESU, quem velatum nunc aſpicio,
Oro, fiat illud, quod tam ſitio,
Ut te revelata cernens facie,
Viſu ſim beatus tuæ gloriæ. Amen.

ROMAE,
EX TYPOGRAPHIA VATICANA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

0056 61324
Digitized by Google

Digitized by Google